



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

16. An instrumenta musica sint in Ecclesiis adhibenda? Ex p. 11. t .4. &
Misc. 4. r. 44.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

Tractatus Decimus

202

*Sunt Concionatores? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2.
Ref. 12.*

§.1. R espondent aliqui recentiores non accusari à peccato , dum legitimo impedimento non detinetur. Ratius est , tum quia iure diuini Parochi tenentur concionarium quia Tridentinum Concilium determinat tempus , quo Parochi teneantur per se , vel saltem per alios concionari , si legitime impedito fuerint ; ergo nullo rationabili impedimento laborent , non videntur oneri suo satisfacere , si per se ipsos non concionerentur .

2. Alij verò putant excusari : quia qui per alium facit , per se ipsum facere videtur & censetur : tum quia populus nullum patitur detrimentum , & ipse necessitatibus sufficienter occurritur , alio concionem habente , vt suppono .

3. Mihi dicendum videtur satisfacere obligationi iuris diuini , vt patet ex rationibus pro secunda sententia allatis , modo Concionatores apti sint & idonei , sufficienterque occurrant necessitatibus populi indigenit p̄dicatione verbi Dei : non verò videntur simpliciter satisfacere obligationi iuris humani , quo discernit , vt Parochi solum per alios concionerentur si legitimo detineantur impedimento . Et hac omnia docet Bonacina tom. 2. diff. 5. quest. 2. vñica , punt. 1. num. 29. qui , vt video , tenet Parochum in nostro casu satisfacere obligationi iuris diuini , non autem iuris humani , Concilij videlicet Tridentini .

4. Sed si hæc opinio esset vera , ferè omnes Parochi hodie obligationi Concilij ministrare sufficiarent : sed puto cum Aegidio Trullench in *Decalog.* tom. 1. lib. 3. c. 1. dub. 4. num. 15. in nostro casu Parochum , qui nunquam aut raro Concionem habet ad populum , cō quod in eius Parochia non desint Concionatores , satisfacere non solum obligationi iuris diuini , sed etiam iuris humani . Et ratio est , quia haec videtur mens Concilij : si quidem populus tunc nullum salutis patitur detrimentum . Ergo , &c.

RESOL. XVI.

An instrumenta musica sunt in Ecclesiis adhibenda? Ex part. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 14.

§.1. T empore D. Thomæ , vt patet in 2.2. quest. 9. 1. art. 2. ad 4. Ecclesia nondum receperat usum musicorum instrumentorum , & D. Augustini testimonio constat cytharam ab Ecclesia fuisse proscriptam : nome , inquit in *psalm. 32. concio. 1.* id egit institutio in nomine Christi vigiliarum istarum , vt ex isto loco cythara pellerentur . Auctor questionum ad Orthodoxos apud Iostinum q. 107. affirmat sublatum esse in Ecclesiis usum instrumentorum inanimorum , & relictum esse canere simpliciter .

2. Verum quod post multa secula usum receptum sit , vt in Ecclesiasticis officiis instrumenta musica adhiberentur , nullo modo est improbandum : modo Christianam preferant cum gravitate , & suavitate modestiam : quia deprehensum est , multis Christianorum infirmos , & imperfectos , ita esse ad devotionem prouocandos .

3. Vnde in his postea peccari non est negandum , vt si quis prophana cantet organis , eaque inferat velut partem diuini officij , vt loco alicuius Sacri Versiculi , vel Aitiphonæ peccatum est ex genere suo mortale , tum quia est crimen falsi . Si non inferat ea velut partem officij , sed tantum applicet consonantiam soni ad verba diuina , videndum est quanam sit istius soni natura , vel conditio , quis euentus ; si conditio talis sit , vt iudicetur esse prouocationis ad malum , peccatum est

mortale , aut veniale secundum quantitatem mali , & prouocationis ad illud ; & similiter si audientes incitatur ad malum . Alioquin potest nullum esse peccatum , sceluso scandalo . Si organis velut significare profana , solum causa delectionis , non autem inferendo tanquam partem officij , & ea prophana sunt honesta , peccatum dumtaxat veniales si inhonestas mortales .

4. Neque refert , quod sonus abstrahit à materia , & quod quilibet melodia soni potest applicari ad verba sacra ; certum est enim , quod quidam soni sunt , ut accommodati ad delectionem audiuntur . etiam qui non nouerunt illos . nisi vt sonos verborum prophorum , aut lasciuorum : unde , & per eos excitantur illa profana , vel turpia .

5. Itaque , vt habetur in c. cantantes dist. 9. ex S. Peter in c. 5. epist. ad Ephes. non sunt in Ecclesia in tragediorum modum gutturi , & fauces dulci mediceamine linienda : id est electuarii ad vocem clarioriem edendam , vt exponit ibi Glossa . nec theatrales moduli & Cantica sunt audienda , sed in timore , in opere , in scientia scripturarum . Et in candem sententiam contra humectos cantus , quibus deuotio contemniatur , & laetitia propagatur multa habent extravaug. vñic. de vñi. & bñf. Cler. &c. in Trid. sess. 12. in decreto , de obfernandi in celebr. Miss. initiatum Ordinaris locorum , ut aetate ab Ecclesiis eas musicas , quæ sine organo , sine canis lascivum aliquid , & impurum inserviant , & illos graviter improbat Doctores communiter , vt Palud. in 4. diff. 15. q. 5. art. 2. Caietan. 2. 2. q. 1. art. 1. per interbas & in summa verb. organor. vñs , Nauar. in man. cap. 11. num. 88. Valent. 2. 2. diff. 6. q. 5. pñ. vñic. Suarez. de hor. Can. cap. 13. num. 16. 17. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 37. num. 7. Baldellus tom. 2. lib. 3. diff. 4. n. 16. Sylvius in 2. 2. D. Thom. q. 9. 1. art. 1. circa psalm. & alij .

RESOL. XVII.

An rectè & laude dignum faciam , qui in Monasteriis Ecclesiis ornamentijs & ab eisdem fundatis & confitatis armis sua gentiliis reponunt? Et quid maxime de personis Ecclesiasticis? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 38.

§.1. H anc questionem latè & ad partes pertrabat Herudicus Jurisconsultus Andreas Magenius in suo tract. Iuridico Historico Politivo , de Admonitione armata , cap. 18. num. 134. & seqq. & pro negatione sententia videtur obseruandum , illus , qui signa sua in Ecclesiis , quas construant , affigunt , grave periculum incurre , ne meritum omne amittant , quod fieri tradidit ex antiquioribus , Geminianus in cap. Dus sum. 45. diff. quem refert , & sequitur Bernardus de Landriano , in addit. Panormitanus in cap. Dilecta . de exercitib. Prelator. Idem cum aliis admittit Chalaneus conclus. 13. vbi rotundè dicit , aduentum esse quod ponentes arma sua in Ecclesiis quas faciunt , aut in ornamentis , quas donant Ecclesiis , sive Monasteriis , meritum perdant . Et præter hos diffusorem ciuidem res inter modernos præbet Anton. Sola super diff. Decreto de armis , & insigniis , glossa , num. 8. Vbi grantier monachos Ecclesiasticorum Fundatores , ornamentorumque Ecclesiasticorum largitores , ne in capillis , vel ornamentiis insignia depingi , vel indui current , cō quod per id boni operis meritum amittant . Denique hanc ipsam fatus superque confirmatam decisionem summe auctoritas ac nominis Jurisconsultus Gabriel Palzotus , de Imagin. lib. 2. cap. 47. versic. Paus. etiam , excepta tuerit inquietus , grauitat errari , si indigna in Ecclesiis ponantur , aut cum rebus sacris , & diuino cultui addictis coniungantur , quid inde non pars indignitas .